

cum quisque illorū ex alijs tribus datis eruat-  
tur, vt intelligas, quo pacto te gerere debeas  
in alijs quæstionibus similibus.

REGVLA TRIVM EVERSA.

CAPVT XVIII.

**D**iximus, in quatuor numeris regulæ tri-  
um eam proportionem esse primi nu-  
meri ad secundum, quæ est tertij ad  
quartum, atque adeo, (vt ex propof. 14. lib. 5.  
Eucl. colligitur.) si primus maior est, vel mi-  
nor tertio, secundum quoque maiorem esse,  
vel minorem quarto; id quod in exemplis o-  
mnibus hætenus adductis perspicuum esse  
potest. Solet autem nonnunquam accidere, vt  
quo maior est primus numerus tertio, eò mi-  
nor esse debeat secundus quarto; & quo mi-  
nor est primus tertio, eo maior esse debeat se-  
cundus quarto. Quare contraria tunc via te-  
nenda erit, nempe primus numerus per secū-  
dum multiplicandus, numerusque productus  
per tertium diuidendus. Quando autem hæc  
regula trium euerfa ( ita eam appellant ) ad-  
hibenda fit, & ratio naturalis dictare videtur,  
& clarissime ex sequentibus exemplis intelli-  
gi potest, quorum primum hoc fit.

Regula  
triū euer-  
fa quo pa-  
cto quarū  
numerū  
eliciat.

1. Pannus 9. vlnarum, cuius latitudo est 3.  
palmorum, emitur à quodam, vt sibi tunica  
conficiatur. Quot ergo vlnæ alterius panni,  
cuius latitudo est 2. palmorum, requiruntur  
ad eandem tunicam, vel similem conficien-  
dam? Quoniam quæstio est de panno latitu-  
dinem habente 2. palmorum, ita stabit exem-  
plum.

Quæst. 1.

Pal-